

# LJMGrB49 Latin inscriptions in Pannonia

## Metrical Inscriptions

1.

### 745 tit. sepulcralis

Arca ex lapide calcario cum operculo tecti formam reddenti; operculum habet 41x146x269, cuius latus anticum in medio maiore ex parte, posticum ad sinistrum fractum, in museo caemento glareoso suppletum est. Arca integra 67-68x233,5x105-106 (in latere sinistro) / 103-105 (in dextro), in ambobus lateribus superne foramen. A

199

TITULI SEPULCRALES

fronte excellenti opere levigata. Ad ambo latera recessus superne arcu coarctato finientes, in quibus singuli Attyes in baculis nitentes, cum pilleo Phrygico. Attis dexter barbatus est. In medio area tituli aequaliter bene excavata, cymatio cincta 45,5x146. Titulus omnem aream implet, versus concinne in medio ordinati, litteris eleganter et accurate incisus, quae ad dextrum paululum augescunt 4,4-4,5 (vv. 1-3), 4 (v. 4), 4-4,4 (v. 5), 4,9-5,1 (v. 6), 3,8 (v. 7). Puncta triangularia deorsum directa, et in finibus versusum, sed nonnullis locis desunt. Nexus frequentes. Reperta in Óbuda a. 1868 mense Aprili in nova figlina nomine 'Aquincum' iuxta Kiscell, cum fornax foderetur, 1,5 m in profundo. Die 4 Aprilis sublata et die 11 in Museum Nationale Hungaricum portata, inv.n. MNM RD 132; im. phot. MNM Harl (= LUPA 3019). Nunc in lapidario subterraneo musei, ubi vidī et descripsi a. 2007.




*Hic sita sum matrona genus nomen-  
que Veturia, Fortunati co(n)ux de patre Veturio  
nata. Ter novenos misera et nupta bis octo  
per annos, unicuba uniuuga quae post*

5 *sex partus uno superstitute obiit.*

*T(itus) Iulius Fortunatus 7(centurio) leg(ionis) II ad(iutricis) p(iae) f(idelis)  
cōiugi incomparabili et insigni in se pietate.*

Im. phot. a HARL facta



Ediderunt RÓMER, *Arch. Közl.* 7, 1868, 192. n. 1040; MOMMSEN, III 3572; RÓMER – DESJARDINS, *Inscriptiones* 1873, n. 132 cum im. albertotypica; KUZSINSZKY, *Bud. Rég.* 1, 1899, 134 n. 115; FITZ, *Verwaltung.* 937 n. 644; M. NAGY, *Lapidarium* 2007, n. 79. Poeticam tractavit BUECHELER, *CLE*, 558; CHOŁODNIAK, *Carmina*, n. 24; 9 9 CUGUSI, *CLEPann* 85/86 n. 37. Poeticam et linguam tractavit T. ADAMIK, im. ex RÓMER – DESJARDINS reptimens, *Acta Ant. Hung.* 45, 2005, 91-98 = Veturia Unicuba Uniuuga (*CLE*, 558) in: *Latin vulgare-Latin tardif VII* 2006, 31-39; FEHÉR, *Poems Acta Ant. Hung.* 38, 1998, 76/77 n. 17; FEHÉR, *nyelvtörténet*, n. 18 (praesertim I.1.3.3.2/3). Ad hist. socialeam BARKÓCZI, *Acta Arch. Hung.* 16, 1964, 105/27, ad linguisticam MIHĂESCU, *Sud-Est*, 294; GALDI, *Morfosintassi*, 232, 416, 445. Cf. et KUNTIĆ-MAKVIĆ, *Carmina Latina et Graeca* 7, 1976, 57.; M. NAGY, *Lapidarium* 2007, 78 n. 79.

– 2 post *de* punctum dest. – 3 TE in nexu, quod RÓMER et DESJARDINS non animadvertere; post *ter* et in fine versus puncta desunt. – 4 post *per* et *quae* puncta desunt. – 5 post *sex* punctum dest. – 6 signum centurionis forma rarius usitata curvanti. – 7 CO in nexu, quod MOMMSEN et RÓMER non animadvertere; post *in* punctum dest.

Carmen sepulcrale in hexametris, quod sic metricae explanatur:

*Hic sita sum matrona genus nomenque Veturia,  
Fortunati co(n)ux de patre Veturio nata.  
Ter novenos misera ' et nupta bis octo per annos,  
Unicuba uniuuga quae ' nro superstitute obiit  
vel  
Quae post sex partus uno superstitute obiit.*

*i* ultima consonans  
*i* prima, *o* secunda breves  
*e* secunda, *o* quarta breves  
*o* prior brevis (explanatio auctore FEHÉR)  
*u* quarta longa (explanatio auctore ADAMIK)

Utique in versu ultimo aliqua supplebatur pars non metrica, puto verba *post sex partus* magis ex familiae voluntate, quam poetica conventionem fieri posse. Postremos versus DESJARDINS explicavit sic: *Unicuba uniuga quae post sex partus | uno superstite obii*, 'toutes les vers sont faux', certe falso, quia priores sunt boni. CHOŁODNIAK dicit v. carminis 4 ab auctore imperfectum finire verbis *unicuba uniuga*, ut partem priorem pentametri.

Ad v. 1. cf. BUECHELER, *CLE* 646, ceterum formulis notis parum utitur. Aetatem per decades numerari metri causa consuetum est (cf. e.g. 519 = III 10501), sed per novenos et octonos annos singulare; si bene intelligimus, Veturia 43 annis in matrimonio actis mortua est. RÓMER – DESJARDINS, inde KUZSINSZKY et M. NAGY dicunt annos vitae 27 fuisse et 11 annos natam matrimonium iniisse, putans verba '*ter novenos misera*' ad priorem sententiam pertinere, quod quidem per parallelismum veri simile non est.

Bene convenit ceteris carminibus Aquinci et in territorio saec. III factis, his ex elementis compositum: 1) hic sita... + nomen, 2) nexus familiares, 3) aetas defunctae, 4) virtutes. Cf. III 3337, 3351 et 1013, 519 = III 3397, 10501, tamen non idem auctor finxit, quia minus peritus videtur, etsi sublimibus et classicorum auctorum paribus verbis uti valde conatur. Et syntagmata identica reperiuntur (*ter novenos - ter denos*), simul volentes usi sunt hiatibus (*misera, quae*) et syllabis in arsi oblongatis (*misera, uniuga*).

Sermo eius etsi usum litterarium sequi conatur, in pronuntiatione idem videtur ac in Pannonia septentrionali saec. III generatim in usu erat, ultimae vocales verborum accentu antepenultimo et penultimo breves factae sunt, *i* in hiatus consonans est (forte et in *Veturia*, sed ibi dubie), ex *coniux* fit *coniux*, quod metrum probat. Distributivum *novenos* falsa metrica scriptum, ibidem cardinale *octo* loco distributivi monstrat hoc genus numeri iam non in usu fuisse. *Unicuba* rarissimum et sane poeticum verbum, cf. FEHÉR, *nyelvtörténet*, V.1.1.1, *in se = simul* non unicum.

De Fortunato cf. FITZ, *Verwaltung*, 937 n. 644, ubi fortasse eundem ac n. 437, Iulium Fortunatum ex Ancyra notum dixit, ad n. 437 autem non posse ut hi iidem fuerint, huicque posteriori sententiae favendum est, quia ille multo prius Ancyrae fuisse videtur. Ceterum de homine nil notum, nomen eius undique, et in Pannonia bene notum, Veturia gens in Pannonia non unica, sed vere frequens tantum in Italia (LÓRINCZ, *OPEL* IV, 164). Tamen si centurio loco non mutato stipendia (sane multa) meruerit, Veturiam iam ante aetatem Severorum hic vixisse oportet.

Pars prior saec. III ex lingua et carminibus similibus Aquinci, frequentia nexuum, forma arcae. (Idem BUECHELER ex ipsa arca, RÓMER et ADAMIK putant saec. II ex pulchritudine faciei et litterarum).

B. F.

**3572** arca, Alt-Ofen rep. m. Apr. 1868 beim Graben eines Ziegelofens der neuen Alt-Ofener Ziegelei-Actiengesellschaft nächst Klein-Zell et statim illata in museum.

HIC · SITA · SVM · MATRONA · GENVS · NOMEN ·  
 QVE · VETVRIA · FORTVNAT · CONVX · DE PATRE · VETV  
 RIO · NATA · ER NOVENOS · MISERA · E · NVPTA · BIS · OCTO  
 PER ANNOS · VNICVBA · VNIVGA · QVAE POST ·  
 5 SEX PARTVS · VNO · SVPERSTITE · OBII ·  
 T · IVLIVS · FORTVNATVS · 7 · LEG · II · AD · P · P ·  
 CONVGI · INCOMPARABILI · ET INSIGNI IN SE PIETATE

Rómer misit.

*Hic sita sum matrona genus nomenque Veturia, Fortunati coniux, de patre Veturio, nata ter novenos (misera) et nupta bis octo per annos, unicuba, uniuga, quae post sex partus uno superstite obii. T. Iulius Fortunatus (centurio) leg(ionis) II ad(iutricis) p(iae) f(idelis) coniugi incomparabili et insigni in se pietate.*

558

Hic sita sum matrona, genus nomenque Veturia For-  
 tunati coniux de patre Veturio,  
 nata ter novenos misera et nupta bis octo | per annos,  
 unicuba uniuga quae post | sex partus uno superstite obii.

CIL. III 3572 vidit Domaszewski Aquinci in arca  
 subsquiritur *T. Iulius Fortunatus (centurio) leg. II  
 ad(iutricis) p(iae) f(idelis) coniugi incomparabili et insigni  
 in se pietate. tertii videtur saeculi titulus esse sic ut Aquin-  
 censes plerique. carmen obuersatum esse menti scriptoris  
 eluect uelut nomeng. Metella uersu 1, ter octonos misera  
 et sex nupta per 2, quae prole superstite obii 3. nam si-  
 militer enuntiatum esse obii probat paenultima excellens  
 longitudine cf. 520, 6*

## LJMGrB49 Latin inscriptions in Pannonia

2.

**4185** rep. Stein am Anger a Vársányo, nunc Pestini in museo.

FL DALMATIVS V P EX PRO

QVI · VIXIT · AN · XL · ET · AVR · IULIA · CONP · DVLC  
 QVI · VIXIT · AN · XXXV · IDEOQVE · HVNC · TITVLVM  
 SCRIPSERVNT QVISQVIS HE · POST · ME · DM · LARIS · HVIVS  
 5 ET · ORTI · VICINAS · MIHI · CARPE · ROSAS · MIHI · LILIA · PONE  
 DE · DAS · Q · VIRIDIS · DABIT · ORTVLVS · ISX · BEATVM  
 VOLVSSIVS ET SABATIA LIB POSVERVNT

Descripti. Ed. Páur arch. közlem. 1, 226.

*Fl(avius) Dalmatius v(ir) p(erfectissimus) ex protect(ore), qui vixit an(nis) XL, et Aur(elia) Iulia conp(ar) dulc(issima), qui vixit an(nis) XXXV, ideoque hunc titulum scripserunt.*

*Quisquis he(ri)s post me d(o)m(inus) Laris huius et orti,*

*vicinas mihi carpe rosas, mihi lilia pone*

*[Ca]nded[a], q(ue) viridis dabit ortulus. I[st]a beatum!*

... Volussius et Sabatia lib(erti) posuerunt.

578

Quisquis he(ri)s post me d(o)m(inus) laris huius et orti, vicinas mihi carpe rosas, mihi lilia pone can]deda q(ne) uiridis dabit ortulus: ista beatum.


CIL. III 4185 descr. Mommsen, Desjardins musée de Pest p. 29 *Sauraria in museum Pestinense delatum praescripta haec Fl. Dalmatius v(ir) p(erfectiss.) ex pro(tectore) qui vixit ann. XL et Aur. Iulia conp(ar) dulc. qui vixit an. XXXV, ideoque hunc titulum scripserunt, sequitur carmen. subscriptum ... Volussius et Sabatia lib. posuerunt*  
*I he . post . me . dm . laris monumentum, bene notas Mommsenus expeditit 3 ... dedas q. uiridis lapis, principio restat aliquid ex n ista munera beatorum defunctorum sunt*

**80.** 1845 »auf dem Acker unweit des St. Martinsklosters mit christlichen Gräbern aus römischer Zeit« I. PAUR, Archaeologiai Közlemények 1 (1859) 226. — MNM.  
 Zwei Stücke einer Tafel aus Kristallkalkstein mit einfachem Leistenrahmen ohne Profilierung. Unten links und oben rechts abgebrochen. Buchstaben eingekratzt, Spuren roter Bemalung.

H 59,5, B 100,5, D 5, Bh 7,0—3,8.

CIL III 4185. — ILCV 296. — RÓMER—DESJARDINS 126. — PAULOVICS, Szt. Márton 35 f. — Steind. 161.

1: *ex protect(ore) Aug(usti)*] PAULOVICS. 4: *he(ri)s post me d(o)m(inus) MOMMSEN CIL.* 6: *[ca]nded[a], q(ue) viridis dabit ortulus. I[st]a beatum!* MOMMSEN. *ortulus ista beatum* PAULOVICS. Die Ligatur TA in ista möglich, aber nicht sicher.



80

3.

**3576** litteris non bonis, sed Latinis, non barbaris. Rep. extra Budam veterem ad molas hieme a. 1835/6 KISS. Rep. aestate a. 1844 cum mola facta est ad Budam veterem HAEVFLER. Nunc in museo.

FRANCVS EGO CIVES ROMANVS MILES IN ARMIS ◊  
 EGREGIA VIRTUTE TVLI BELLO MEA DEXTERA SEMPER ◊ sic

Descripti. Habent Kiss ms.; Häufner Skizzen 3, 39.

620

Francus ego civis, Romanus miles in armis,  
 egregia virtute tuli bello mea dextera semper.

CIL. III 3576 Aquinci litteris non barbaris sed latinis  
 2 tuli arma, mea dextera ablatiui ul puto. sane malis tulit, sed illud Mommsenus testatur


## LJMGrB49 Latin inscriptions in Pannonia

### 629 tit. sepulcralis

Epistylum ex lapide calcario, 51,5x236x26. Maioris alicuius monumenti sepulcralis pars fuit, integra remanet. A fronte area tituli cymatio cincta inter ornamenta ex semicirculis composita, quae extrinsecus virga finiunt, 33x202,5; in facie ima duo canales cylindrici praetercurrunt e semicirculis incepti, quos medios in arcola protoma viri (militis) defuncti simpliciter elaborata intercipit: pallium eius in humero sinistro fibula caput cepae simile habenti confixum; a lateribus scabrum, ubi inaedificatum esse oportet; a tergo planum. Titulus sinistrorsum ordinatus magnis, oblongis, minime elegantibus litteris serioris aetatis, 10,5-11 (v. 1), 12 (v. 2); inter verba puncta nulla, in finibus versuum hederae. In litteris rubrica clare remanet. Rep. a. 1844, Óbudae, reg. III Budapestini, inter aedificandas molas (ut scripsit RÖMER secundum HÄUFLER) vel hieme a. 1835/36 (KISS). Administrator praediorum publicorum Óbudensium donum dedit archiduci Iosepho iuniori (Iosephi palatini filio), qui Museo Nationali Hungarico misit. Servatur Budapest in Museo Nationali Hungarico, inv.n. MNM RD 175; im. phot. neg. MNM R 4517, 7992; im. phot. MNM Harl 2006 (= LUPA 3035). Hodie ibidem in Lapidario sub n. 193, ubi descripsimus a. 2007/2008.



*Francus ego cives Romanus miles in armis  
egregia virtute tuli bello mea dextera semper.*



Imm. phot. a HARL factae

Habent KISS F. ms. (MOMMSEN). Ediderunt HÄUFLER, *Skizzen II. Andeutungen* 1854, 59; MOMMSEN, III 3576; DESSAU, *ILS* 2814 – v. 2: *semper*; RÖMER – DESJARDINS, *Inscriptiones* 1873, 175 cum imag. albertotypica; M. NAGY, *Lapidarium*, 174/175 n. 193 cum. imm. phot. De poetica et metro BUECHLER, *CLE*, 620; CHOLODNIAC, *Carmina*, n. 1070; FEHÉR, *Poems Acta Ant. Hung.* 38, 1998, 82 n. 24; FEHÉR, *nyelvtörténet*, 525 n. 47, praesertim I.1.3.5.3; Cugusi, *CLEPann* 93/94 n. 41. Mentionem faciunt ALFÖLDI, in: *Budapest Története* I.2, 704; ALFÖLDI, *Siebenbürgen*, 103; T. NAGY, *Arch. Ért.* s.III 5/6, 1944/45, 268; MÖCSY, *Pannonia RE Suppl.* IX, 629, 769; BARKÓCZI, *Fol. Arch.* 24, 1973, 78 figg. 8-10; M. NAGY, *Régészeti Osztály (Római kor)* in: FODOR – LENGYEL, eds. *Magyar Nemzeti Múzeum - Hungarian National Museum*, 1992, 130 n. 74; de ornamentis ERDÉLYI, *Kőfaragás* 1974, 55, im. phot. n. 56, ad linguisticam MIHĂESCU, *Sud-Est*, 176; GALDI, *Grammatica*, 46, 416.

– 1 *F* forma serioris aetatis, *GO*, *S* secunda minores, *M* in *Romanus* indiligenter incisa, litterae *N* similis. – 2 *V* prima, *B*, *O*, *S* minores; *Semper* sic MOMMSEN, quem sequitur ALFÖLDI, FEHÉR *Poems*, *semper* RÖMER et DESJARDINS et cett.; *semper* DESSAU; hodie nil praeter *m* cernitur, certo nunquam incisum erat, sed utrum rubrica aliquid illitum sit quod MOMMSEN videret, sed hodie iam detritum sit, decerni non potest.

Carmen sepulcrale in hexametris, quod sic metrica explanatur:

*Francus ego cives Romanus miles in armis* - arsis oblongata in *o*  
*egregia virtute tuli bello mea dextera semper.* - 7 pedes

De poeta nescitur, Francus (si quidem hoc nomen eius nec gens, quae et fieri potest cf. NAGY, *Lapidarium*, loc. cit.) Germanici originis videtur esse neque probabile est ipsum carmen fabricatum esse. Eum gradum superiorem militare obtinuisse suspicatur NAGY, *Lapidarium*, loc. cit., utique dives et nobilis persona fuit ex opere et magnitudine monumenti. Differt notionibus suis ab epitaphiis consuetis, neque parallelum quicquam habet. Tamen auctor non vilem litterarium stilum exhibuit, atque metro classico optime utitur, etiam arsi oblongato in 'ego', etsi sermo eius iam procul classico est in abolitione accusativi (cf. FEHÉR, *nyelvtörténet*, loc. cit.). Etiam lapicida ornamentis elegantibus et litteris valde legibilibus, etsi ut in tam sera aetate generatim, parum elegantibus usus, sane optimum opus praebuit. V. 2 {bello} omittendum censet CHOLODNIAC.

Posterior pars saec. IV, neque excludenda sunt et initia saec. V, ex fibula capitis cepae similis defuncti et ex formis litterarum, imprimis *M* (ceteros BARKÓCZI fortasse iure dicit ex aetate Constantini ad Valentiniani vel amplius in usu fuisse).

B. F.